

VC
4192



Ch. 36

G

J



Ch. 36, 24.

Septima SEPTEMBERIS
dies annua

Vc
4192

Quæ nobis sacra

Propter Victoriam cælitùs oblatam divinis
Heroibus ac Dn. Dn.

DNO
GVSTAVO ADOLPHO
Svecorum Regi etc.

DNO
JOHANNI GEORGIO
Electori Saxon. etc.

In agro Lipsico 1631.

Quorum S. S.

humiliter gratulatur

ELIAS RVDELIVS P.

DRESDAE.

Typis VVolfgangi Seyfferti,
Anno 1632,

Prælrium Lipsicum.

S EPTIMA SEPTEMBRIS Lux est hæc festa, sed illa
Quæ fuso tantum sanguine festa fuit:
Sanguine non aliter parta est Victoria, per quā
Jure triumphantis facta canenda DEI
Ille manum docuit pugnando vincere, quando
Sors vecta, in dubia nostra salusq; rota.
O miram dextram: tremuit truculenta potestas
Fulmine; sed vicit Dextera magna DEI.
Septima Septembris Lux est mirabilis, astris,
Ipsa DEI bonitas mirificata, fluit:
Septima Septembris Lux est memorabilis, ista
Quæ non visa prius sunt memoranda diu:
Septima Septembris vix enarrabilis, ista
Reddita libertas, reddita religio.
Quis tremor in campis? equitum peditumq; cohortes
Infestant miris compita cuncta modis.
Quis furor in populis? procurrunt agmine denso
(Lipsia pallescit) Tyllica tota cohors.
Quæ regionis erant sunt vulnera Religionis
Corpora nunc tentant & laniare animas.
Sed quid? sunt etiam nostris Calcaria terris
Armâq;, sunt vigiles magnanimi q; Duces
Rex qui Svecorum Princeps, & fidus Achates
SAXO, suas jungunt hac ratione manus.
Sunt acies geminæ, telo ferròq; rigentes
Hostis adest illis, his inimicus adest.

Fit
Ag
Vt
Arn
Neo
Hic
Stric
Ale
His g
Hero
Nam
Fit fu
Dispe
Non



Fit fragor accendunt bombardas sulphure, misto
Puluere, sunt duro pondere pila, globi
Agmina cernis equis, & millia multa Virorum
Adversas turmas altera turma caue
Ut rupes immota, omnes sistuntur ad ictus
Excipiunt ictus è regione pares.
Arma sonant, & tela volant tellusq;; resultat
Qui ruit ex Austro Ferreus imber adest
Nec mora, dum longas pugna est durabilis horas
Grandine ceu forsitan gramina tacta, ruunt
Hic Rhodus hic salta : gemino sunt robora catu
Fortior hic ferro, fortior ille manu.
Stridor adest, clamorq; virim, clangorq; tubarum
Pulvere lemineces, seminecesq; jacent
Alecto, trux Tisiphone, Bellona, Megæra
Faucibus inferni tota q; colluvies
His glomerantur agris, adversa parte virorum
Spes palmæ est illis, vis tamen inferior
Heroo donec Virtus in pectore crescens
Hostiles turmas dejicit atq; manus
Nam post ardenter luctam, durosq; labores
Incumbit nostris palma benigna comis.
Fit fuga, præcipites multos quæ carcere claudic
In pedicas aliis quas posuere ruunt
Dispersiq; metu trepidant : Gregis ipse Magister
Et Pater, in latebras cogitur ire suas
Non pauor atq; tremor premit amplius a rua, nec angit
Lipsiacis arvis gloria tanta fuit.

AK 9c 4199

Sic etiam tumidi vieta inclemensia Tylli

Cujus in immenso gloria lapsa solo.

GRATIA nunc magno qui fecit talia JOVÆ

Omnibus in templis vox ea grata sonet.

GVSTAVO hoc iterum Victoria Mense propinquat

Quem DEVS illustrat religione, fide

Quem DEVS illustret Nos & victoribus armis

Vt sit in æterno gloria nota DEO.

Hæc sunt quæ voluit jussitq; Elector in ARIS

Servata est uno RESQ; FIDESQ; die

SEPTIMVS ille dies felix, dignissimus auro

Septimus & decimus septimus, omen habent,



1077

76

ULB Halle

004 825 594

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-35898-p0008-4

DFG

26.24.

Sep

Propte

GVST

S

JOH
E

Inches
Centimetres

Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue

Cyan

Green


Yellow

Red

Magenta

White

3/Color



S

divinis

PHO

GIO